



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XXV. Quod religiosi pro euitanda disciplina appellantes non sunt audiendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO CHRISTI 1179. vestræ, &c. quatenus si qui vestrum episcopatus aut archidiaconatus apostolicae protectioni subiiciunt, & audienciam nostram appellant, propter hoc prædictum archiepiscopum nullatenus impedire tentetis, quo minus de causis & de excessibus subditorum vestrorum cognoscere valeat, & iuxta meritorum qualitatem eos animaduersione debita punire, aut etiam excessus vestrros persecuti, qui manifesti sunt & notorii: his dumtaxat exceptis, super quibus appellatio est interposita, possit digne corriger, & quod iniuste actum est, ad rectitudinistramitem reuocare.

1. quæst. 6.
Si quis ex pluribus.

CAP. XXV. *Idem Eboracensi episcopo.*

De priore qui non deferens nostræ protectioni & appellationi ad sedem apostolicam factæ, quemdam canonum suum fecit vestibus omnibus ad camisiam spoliari, & eum accusationi & appellationi renuntiare coegit: qui de suis ac quorumdam fratrum enormitatibus murmurauit: id tuæ sollicitudini duximus insinuandum, ut rei veritate diligenter inquisita, si inuenieris quod pro euitanda disciplina prædictus canonicus appellauit, eidem priori propterea nullam poenam infligere debes: quoniam sacrosancta Romana ecclesia huiusmodi appellationem non confueuit admittere, ne monachis vel canonicis regularibus præbereatur audacia delinquendi. Ceterum si præfatus canonicus priorem propter suas enormitates manifestas, quæ ipsum notabilem redderent, ad apostolicam sedem appellauit, & si ipse tali appellationi deferre noluerat, eum cum literis tuis rei veritatem continentibus, de tanto excessu satisfacturum, ad sedem apostolicam venire compellas, & eius in tali malitia complicibus talem poenam infligas, quod certi audientes, similia non audeant perpetrare.

Penæ non
deferentis
appellatio-
nilegitimæ.

CAP. XXVI.

Idem Exoniensi episcopo & * Cistrensi decano.*

Ad audienciam nostram peruenit, quod R. presbyter de Curket & VV. clericus de Cicestro, decimas de * Beinosâ, quas idem VV. multorum virorum testimonio probare dicitur, ad se & ad capellam suam rationabiliter pertinere, violenter auferre conatur. Vnde cum VV. propter hoc ad audienciam nostram appellasset, prædictus R. au-

Concil. Tom. 27.

CCCC